

בָּשָׂרְתִּי יְהִי

EXAMEN VERBORUM CHRISTI.

Joh. I. 47.

Ecce

NATHANAEL  
Verè

ISRAELITA

Dissertatione hac Philologica  
Institutum;

*Et cum consensu Ampl. Facult. Philos. in  
Regia Academ. Aboënsi,*

Sub PRÆSIDIO

M. JOH. HAARTMAN,  
Log. & Methaph. Prof. Reg. & Ord.  
*Publice, pro Gradu in Philosophia,*  
*expositum*

a

S:æ R:æ M:tis ALUMNO,  
HENR. JOH. HAARTMAN Gust. F.  
*Gebalensi.*

Die 1. Martii A. MDCCXXXV.  
Loco & Horis convetus.

---

ABQÆ, Exc. Job. Kämppe Reg. A. Typ.

Sacrae Regiae Majestatis  
Magnae Fidei VIRO,  
Reverendissimo in Christo Patri ac Domino,

# DN. JONAE FAHLENIO,

S. S. Theologiæ DOCTORI Celeber-  
rimo, inclytæ Diœcœseos hujus Abo-  
enfis EPISCOPO, Regiæ itidem Aca-  
demiæ Pro CANCELLARIO, Consi-  
storiique Ecclesiastici PRÆSIDI Emi-  
nentissimo, nec non Scholarum per-  
totam Diœcesin Ephoro benignissi-  
mo, Mæcenati Summo,  
Salutem & omnigenam prospe-  
ritatem.

NE.

Mireris.

Quod. Ego.

Tenues. Hasce. Paginae.

Omni. Ornatu. Orbatae.

Tibi.

Reverendissime. Domine. Episcope.

Offerre. Ausim.

Commodissimam.

Enim.

Hanc. Esse. Occasionem.

Existimavi.

Quia.

Devotam. Plamque.

Testari. Possem. Mensem.

Ob.

Singularem. Tuum. In. Me. Favorem.

Accipe.

Igitur.

Benigno. Vultu.

Chartaceum. Hocce. Munus.

Meque.

In.

Numerum. Clientum. Thorum.

Adscisci. Jube.

Ad.

Cineres. Usque.

Reverendissimi Nominis Tui

Cultorem devotissimum.

Henr. Joh. Haartman.

*VIRO Summe Rever. atque Celeberrimo,*

**Dn. ANDREÆ BERGIO,**

S.S. Theologiae Doctori & Professori Pri-  
mario, Diœcœseos Aboënsis Archi-Præpo-  
sito, utriusque Consistorii Adseffori Gra-  
vissimo, ut & Ecclesiarum in Mådendahl,  
Åres & Merimasko Antistiti longe Adcura-  
tissimo, Patrono & Promotori Propen-  
sissimo.

*VIRO Maxime Rever. atque Celeberrimo,*

**Dn. ISAACO BJÖRKELUND**/

L.L. Orientalium, jamque designato S.S.  
Theol. Professori Ordinario, Consistorii  
Acad. Adseffori Amplissimo, Eccles. in Pio-  
tis & Rystö Antistiti Vigilantissimo, Patro-  
no & Promotori Certissimo.


*VIRO Admodum Reverendo ac Amplissimo,*

**Dn. M. ALEXAND. KEPPLERO,**  
Ecclesiæ Christi in Ingå Pastori & Præpo-  
sito longe Meritissimo, Patrono & Fausto-  
ri Optimo.

**V**estrīs Nominib⁹, Patroni Optimi, baf-  
fe pagellas dedicare sustinui, ut cum alia  
ratione gratiam Vobis referre non jam  
quæam; hoc tam⁹ mea in Vos obseruantia  
monumentum effet perpetuum.

**Magnorum Nominum Vestrorum.**

*Devoti & affidui cultorū*  
*Auct. & Resp.*



## PROOEMIUM.

**U**T idem non placet omnibus vitæ genus, ita nec omnibus arrident eadem studia, eadem hujus vel illius studii materia, idem proponendi modus. Mihi semper Philologiæ sacræ studium erat ad palatum, quo cunque proponatur modo. Cumque jam novum specimen Academicum a me requirant Patres Academicici, ejus materiam elegi præsentem: Elogium sc. Christi de *Nathanaele ut vere Israelita*. Si tuo voto C. L. satisfacere non potuerim, ingenii

**2**  
imbecillitati, & defectui subsidi-  
orum adscribas, precor;  
*Ut desint vires, tamen est laudan-  
da voluntas.*

## Sectio Prima Philologico- Historica.

### §. I.

**V**ocabulum *Natbanaëlis* origi-  
ne est Hebræum, a radi-  
ce יתְהַ dedit, reddidit, &c. 1.  
Reg. X. 13. 2. Paral. VIII. 2. 1.  
Reg. IX. 11. 12. 13. & nomine  
essentiali יְהוָה Deus; q. d. Deus  
dedit. Græce θεόντως, Latine do-  
num Dei; vel ut Augustinus ex-  
plicat: a Deo datus. Cognata sunt  
nomina: *Jonathban*, *Dositbeus*, *The-  
odoreetus*, *Theodosius* &c.

### §. II.

**P**Lures in V. T. *Nathanaëles* vel  
*Nethanaëles*, res enim eodem  
recedit, leguntur existisse, qui  
jam nihil ad nos. Nostrī *Natba-*

nālis unius fit tantum mentio  
 in N T. & quidem sexies; Joh.  
 I. quinques, sc. v. 45, 46, 47, 48.  
 49. & XXI. v. 2. De cuius origi-  
 ne atque conditione multi multa.  
 Quidam ejus patrem *Tholomeum*  
 quendam, qui a quibusdam *Pro-  
 lomeus* dicitur forte poētice, fu-  
 isse existimant; 1. quia in Anti-  
 quitatum Judaicarum libro 20,  
 c. i. Fl. *Josephus*, Θωλομαῖς cuius-  
 dam meminit. 2. quia in Cata-  
 logo Apostolorum Philippo sem-  
 per adjungitur Bartholomaeus,  
 sicut Petro Andreas; putant ita-  
 que *Nathanael*, qui hoc loco  
 per Philippum vocatur ad Chri-  
 stum esse cum illo, qui apud re-  
 liquos Evangelistas, Bartholo-  
 maeus nominatur, unam ean-  
 demque personam; *Nathanael*  
 appellatum nomine proprio; sed  
*Bartholomeum* nomine paterno, i.  
 cognomine. 3. quia vi vocis

**B**artolomeus idem sit, atque filius Tholomai. בֶּן enim significat filium, תָּמִימֵה Tholomai s. Thalmai est Nomen Viri. Cont. Num. XIII. 23. Jud. I. 10. 2. Sam. XIII. 37. Verum enim vero hæ concludendi rationes satis superque etiam declarant, quomodo error pariat errorem. **A**equo enim ( $\alpha$ ) posset Fl. Josephi Tholomeus, ille Latronum princeps, constitui pater Petri, vel alius cuiusvis, atque Nathanaelis, cum nullius genealogiæ illic fiat commemoratio: sed facti simplex explicatio; Verba ita jacent illic: *Nec multo post ( Fadus ) capitiss dico invenit Tholomeum, Latronum principem, vincitum ad se perductum &c.* Si ( $\beta$ ) Nathanael constituatur una eademque persona, atque Bartolomeus, ex hoc principio concludendi, quod in Catalogo Apostolorum *probili po* adjungatur

**Bart.**

5

*Bartholomeus;* Et hoc loco jam  
*Nathanael,* una cum Philippo vo-  
cetur & accedat ad Christum;  
Ergo licebit etiam affirmare,  
quod *Barnabas* sit *Andreas*; In  
Catalogo enim Apostolorum *Pet-*  
*tro* semper adjungitur *Andreas*,  
& Gal. II. 9. *Barnabas* dicitur  
Petro sese consociasse. E. *Ba-*  
*nabas* est *Andreas*. Qualis hæc  
est consequentia? Fratres uni-  
us Collegii aliquando aliis etiam  
semet associare possunt, nomine  
& persona non mutatis. Quod  
(γ) ad Etymologiam vocis *Bar-*  
*tholomei* attinet, non negamus a-  
liquando ex notatione vocis pos-  
se elici ipsum nomen. Ita *Simon*  
*Petrus* recte dicitur *Ba'-iawā*, fi-  
lius *Jonæ* Matth. XVI. v. 17. *Bap-*  
*tisi* γιος Τιμαίος, Mar. X. v. 46.  
perpetuo tamen illud fieri posse  
frustra contendes. Non enī  
valet consequentia: *Philippus* di-  
ci-

citur q. amans equorum, ergo qui amat equos est Philippus. *Bartolomeus* non incongrue Hieronymo dicitur vox composita ex כֶּר filius תְּלָה suspendens, & מִים aqua; q. d. filius haurientis aquas, quod erat servorum vilissimorum Cont. Jos. IX 21.23. His observatis, quivis advertere potest, quod hæ rationes probandi minimum reddantur invalidæ. Nonnulli contendunt, hunc Nathanaëlem esse Simonem illum, qui in Catalogo Apostolorum Cananeus Matth. X. 4 Mar. III. 18. appellatur; quia Nubanælis patria nuncupatur *Cana Galilee* Joh XXI. v 2. Verum nec hæc ratio tatis stringit; nam licet ex Cana oriundus vocari possit Cananeus; non omnes tamen Cananei dici queunt vel Simones, vel Nubanæles. Alii propter aperitionem Cœli Nubanæli promisam

fam, existimant ipsum esse Ste-  
 phanum, qui vidit cœlos apertos  
 Acto. VII. 56. At lubrico hæc  
 etiam sententia mititur fundamen-  
 to; nam licet alias in scriptura  
 N. T. nusquam esset significatum,  
 quod apertio hæc vel Apostolis,  
 vel Nathanaëli in specie facta sit  
 negari tamen illa non posset,  
 cum multa eaque grandia facta  
 esse sciamus, que non sunt scripta  
 Joh. X. 25. Ad Christum ve-  
 ro, si hæc accommodaverimus,  
 attendantes ad ea, quæ prius fa-  
 cta sunt in baptismo Christi Matth.  
 III. v. 16 & in deserto Matth IV.  
 11. & postea in monte Thabor  
 Matth. XVII. 4. in horto Luc.  
 XXII. 43. in resurrectione Chri-  
 sti Matth. XXVIII. 5. in primis in  
 adiutorio ipsius Act. I. 10. omnia  
 erunt expedita, tum enim Chri-  
 stus aperuit cœlos, & quasi scala  
 factus est. Conf. Gen. XXVIII.

12. & quæ habet acerrimi iudicij  
Theologus. Doct. J. G. Dortsche-  
us in Commentario ad h. l. pag.  
m. 982. Epiphanius hunc Natha-  
naeum fuisse alterum discipulo-  
rum Emaunicorum, socium Cleophae  
tradit; quod forte concludit ex  
colloquio discipulorum Emauni-  
corum Luc. XXIV. 14. huic  
colloquio Nathanaelis cum Phi-  
lippo contentaneo; sed cuivis pa-  
tere existimamus, ad primum  
horum locorum adspectum, quod  
diverse sint utriusque loci per-  
sonæ, diversa colloquii utriusq[ue]  
materia, qvoad suas circumstan-  
tias specialiores; alias nullam vi-  
demus rationem.

## §. III.

**F**st itaque hic noster Natha-  
nael, quod ad ejus personam  
attinet, ab his omnibus diversus;  
parentibus ignotis; patria Gal-  
laeus, in Carea urbe natus Joh.  
XXI.

XXI. 2. Vir (α) in scriptis Mo-  
 sis atque Prophetarum egregie  
 doctus; (β) ἡριστέχουσεν Θεόν τὸν λύ-  
 πρωτον καὶ παρακλητὸν τὸν σπουδαῖλ, eo-  
 dem Christi flagrans desiderio,  
 si non eodem gradu, atque *Si-*  
*mone & Hanna* prophetisa, de  
 quibus *Luc. II. 25* 38. postea (γ)  
 occasione data *Joh. I. v. 45.* seq.  
 factus discipulus Christi. Qvod  
 (α) doctus hic fuerit *Nathan* et  
 colligimus (α) ex alloquio phi-  
 lippi, quo invitabat *Nathan* et  
 ad Christum: οὐ εἶγε αὗτε Μωάντες οἱ  
 τῷ νόμῳ καὶ οἱ περιφῆται, εὐρήκαμεν  
 Ἰησὸν τὸν υἱὸν τὸν ιωσὴπ, τὸν ἀπὸ Να-  
 γαρέθ. Quæ verba qua sensum  
 eadem sunt cum verbis præce-  
 dentibus Andreæ: εὐρήκαμεν τὸν  
 Μωσῖν v. 41. Uberius v. hic  
 exposita: scilicet prædictum il-  
 lum a Mose & Prophetis *Messiam*,  
 esse *Iesum* filium Joseph ex Na-  
 zareth a Iēam etiam inventum;  
 facta

facta conclusione ex propositione, altera revelata in scripturis  
 V. T. altera evidente ipsis jam in  
 praesenti animadvententibus. Ut  
 ut enim multa de Messia in pro-  
 phetu*s*. E. g. Gen. III. 15. Deut.  
 XVIII. 18. Pt. II. 2. XLV. v. 3.  
 seq. Et. VII. 14. Jerem. XXIII. 5.  
 Ez. XXXIV. 23. Dan. IX. 24. I-  
 mo omnes Prophetas Act. X. v.  
 43. fide eadem, licet non aequa-  
 dilucide sint proposita, ut patet  
 ex collatione; hunc tamen JE-  
 STU*M* Iosephi filium futurum Mes-  
 siam nusquam legimus, nisi quid  
 colligit etiam possit ex iis quae  
 Mulier Samaritica *de Christo ut*  
*Messia loquitur* Joh. IV. 25. Si haec  
 verba Philippi: ὁ ἵγειψε κ. 7. λ.  
 per omnes examinaremus. cir-  
 cumstantias, longius a scopo vi-  
 deremur divagari. Sufficiat ita-  
 que pro ratione instituti nunc  
 tantum obseruisse (i.) JESUM  
 bunc

bunt Nazarenum, ut Messiam promissum, fuisset Mosi atque Prophetis ~~σκοπόν σκοπωματάζειν~~, ad quem in omnibus suis oculos collimarent. hinc ipse etiam Christus: *καὶ ἡμεῖς Μωϋσῆς ἐπιστέυεις αὐτὸν εἰπεῖν γὰρ εἰς ἑκαὶ ἔχεις τοῦτον τὸν Φίλιππον* Joh. V. 46. Et Petrus: *Ἴστω παντες οἱ περιφερεῖται* Act. X. 43. &c. (2) Philippum per Mosen & Prophetas indigitare velle totam, quam Vetus Test. de Christo continet, doctrinam, ut patet ex Joh etiam V. v. 39. (3) Quod ad scripta hæcce Mosis & Prophetarum provocare non potuisset, si vel ipse *Philippos*, vel *Nathanael* horum plane ignarus fuisset. Fuisset autem *Nathaniel* veritatum in scriptis V. T. tacris (4) existimamus elucescere ex responsu, quod dedit *Philippos*: *Ex Nazareth potest quid boni esse?* quo significat non contentire scriptis pro-

propheticis, ut locus natalis Messiae sit Nazareth. Scivit namque Bethlehemi esse oriundum ex Mich. V 2. (c) ex confessione ejus fidei, postea statim facta: *ProBogi*, σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, σὺ εἶ ὁ *Goργεντος τοῦ Ιησου*; quæ tota bibliæ est, ex variis s. scripturæ locis confecta. Cont. Calovii Bibl. Illustr. ad h. l. non proletarium de notitia ejus in lege Domini testimonium perhibens.

#### §. IV.

**D**em hic Nathanaël quod (β) fuerit etiam πεοδόχος τοῦ αὐλέων τοῦ ισραὴλ clarum esse putamus (α) ex voce illa εὐχήματος gaudii plena, qua utitur *Philiprus Nathanaëlem* alloquens; propriè enim εὐχήματος significat rem aliquam anxie & multis desideriis expetitam invenire. Unde apparet, si conferatur jam cum ipso contextu, inter *philippum* & *Nathanaëlem*

Iohannaelem sape fuisse colloquia, de  
 sententias ex Mose & Prophetis, que  
 de Messia loquuntur; & utrumque  
 arsisse desiderio Messie, Ideo enim  
 hoc modo ipsum alloquitur iudicio  
 etiam Magni nostri Chemnitii in  
 Harm. Ev. p.m. 212, ἐγενέσθη Μωυσῆς  
 καὶ λ. quasi E dicere voluisset:  
 quem tu etiam expectasti,  
 quem ledens illic sub ficu tuis  
 etiam desideriis anxius expetulisti,  
 quem in Mosis & Prophetarum  
 scriptis saepius investigare & quæ-  
 rere non desisti, hunc invenire hoc loco omni-  
 no presupponit π' expectare, vel  
 π' quærere. Potest illud etiam  
 (b) concludi, ex adventu Natha-  
 naëlis ad Christum; nam licet  
 offensus mentione Nazaretb re-  
 spondisset Philippo: Ex Nazaretb  
 potest quid boni esse? Philippusque  
 rodum, sive αὐλούς solvere vel  
 noluerit, vel non potuerit, quod  
 scilicet

scilicet *Bethlebemi* quidem esset  
oriundus, *Nazarenus* vero vo-  
caretur a sede commemorationis,  
sive ratione educationis, nam  
ex *Egypto* reverlus, secessit in  
*Nazareth*, ubi educatus est Matth.  
II. 23. provocatus tamen *Natha-*  
*nael* ad rei experimentum: *Veni &*  
*Ride* v. 46. non renuit, nec ob-  
id ipsum mendacii arguit, quem  
verbis forte vicerat: sed paruit  
invitanti *Philip* v. 47. & quem  
antea præstolabatur advenien-  
tem *Messiam*, jam accedens ad  
*Iesum* videt præsentem. Nec ul-  
lus *Nathanaeli* oritur scrupulus,  
quod *Philippus* vocet *Iesum* *fi-*  
*lium Joseph*; communi namque  
opinione hominum ejus habitus  
est filius, quoniam ab eo educa-  
tus, ejusque paternam in eo ex-  
pertus est curam, etiamsi filius  
ejus naturalis non esset, ut paret  
ex *Luc.* III. 23. erat namque a-  
nimo

nimo ab omni fuso plane alieno: hinc quoque Christus adventantem statim hoc ornat elogio: *Ecce vere Israelita, in quo dominus non est*, v. 47.

### §. V.

**H**ac occasione vero quod hic Nathanael tandem (γ) factus sit discipulus Christi, colligere licebit ex hoc Christi: postbac videbitis, v. 52. quemadmodum diserte Joh. XXI. 2, discipulis quoque Christi annumeratur. Quod vero hoc eodem loco, Johannis scil. XXI. aliquibus etiam Apostolis adjunctus legatur; quodque omnes quatuor reliqui discipuli, Joh. I. vocati, sint postea electi Apostoli: quod deniq*VICTORINUS STRIGILIUS* referat hunc Nathanaelem docuisse Evangelium apud *Burgenses* in *Gallia*, & *Treviros* Hy-

pomn.

pomn. h. l. p. 240. an hinc fa-  
tis valide queamus concludere  
hunc Nathanaëlem tandem et-  
iam factum Apostolum, non  
possimus quid certi affirmare.  
Illa ratio non satis concludit,  
nostrorum qualicunque judicio: legi-  
tur alicubi aliquibus Apostolis  
adjunctus; E. fuit Apostolus;  
nec ordo vocationis discipulo-  
rum Christi, nobis inferre vide-  
tur ordinem non interruptum  
Apostolorum, ex discipulis ele-  
ctorum. Christus enim elegit,  
quos, quando & quomodo vo-  
luit. Fundamenta assertio*nis* Vt-  
torini Strigelii ignoramus. Be-  
nedicti Aretii verba hæc illi con-  
traria animadvertisimus: quanquam  
mirifico Christo hominis (Nathana-  
elis) integritas placeat; tamen A-  
postolum non facit, quo docemur ele-  
ctionem non e nostris pendere virtu-  
sibus, Comment. in h. l. p. m.

423. fac. 1. Aliis ergo hanc controveriam decidendam relinqui-  
mus.

## Sectio Secunda Philologico- Logica.

### §. I.

**U**T jam feriamus scopum,  
quem nobis propoluimus,  
curiosius necesse est examinemus  
ipsa Nathanaelis verba: *αὐτὸν οὐαῖται ἡ ἀγαθὴ ἐνεργεία.* Quod  
ἡ ἀγαθὴ aliquid boni per enaliga-  
gen generis neutrius pro Masculi-  
no ἡς ἀγαθὸς aliquis homo bo-  
nus, frugi & excellens, ponatur,  
patet ex contextu; sermo enim  
hic non est, nisi de personis &  
hominibus, ut notat Dns Prück-  
nerus in suis vindiciis ad h, l, si-  
milia exempla B. Glassius suppe-  
ditat in lib III. Tract. I p. 605.  
seq. ὁ ἀγαθὸς v. ī dictus q. ἀγα-  
θος valde celer & expeditus; vel

quasi ἄγας θεῖος valde divinus; vel  
 q. ἀγαστὸς admiratione summa dignus,  
 seu admirabilis, mutato τ in θ,  
 & abjecto σ, ab αἰγαζουαι, admiror;  
 vel, ab α intensivo, & γνθεω ω,  
 Dorice pro γαθω gaudeo ) ex usu  
 Græce loquentium, hominem  
 dotibus animi, elegantiaque vitæ  
 ac morum probatum, & eam  
 ob causam omnibus acceptum  
 gratumque significat. Videtur  
 ergo Nathanaël proposuisse Phi-  
 lippo considerandum? An ex ur-  
 be Nazareth homo aliquis ingenio  
 præstans, & morum vitaque probita-  
 te efflorescens, nedum Messias,  
 παταγαδος καὶ ωραγαδος oriri po-  
 tuerit? quam propositionem all-  
 GUSTINUS affirmative vel dubitati-  
 ve explicandam esse his docet  
 verbis: Homil: in h. l. Ambas pro-  
 positiones potest ista vox Philippi (ve-  
 ni & vide) sequi, sive sic pronun-  
 cies, tanquam confirmans; à Naza-  
 reth potest aliquid boni esse: veni &  
 vide

vide; sive sic dubitans, & eos interrogans; a Nazareth potest aliquid boni esse? Veni & vide, sive ergo illo modo, sive isto pronuncietur, non repugnant verba sequentia. Ita ille, CHRISTUS OMNIS Homil XIX. in Joh. p. 103. verba illa dubitative intelligenda esse, existimat, ἀλλε γάρ οὐτε,  
 ὁτε δὲ γαγόν γαλιλαῖα Φέρει, αλλα πῶς  
 τοι Ναζαρέθ δυνατοί οἱ γαγόν εἰναι.  
 Narrare vero quod hæc sint accipienda, interpretum communissima docetur sententia; Nazaretho nihil boni, nedum Messiam posse expectari.

§. II.

**H**ic universalissimæ sententiæ calculum addendum existimat CL Dns Kindlerus in suo Nathanæele vere Isrælita, si revocaverimus in mentem, quam abjecte de Nazarenis olim apud Judæos judicatum fuerit. Erat Nazareth oppidum Galilææ. Ut Galilæi invisi Judæis fuerunt va-

rias ob causas, I. quidem, quia magna ex parte ab illis oriundi erant, quos Salmanasser ex Assyria illuc traduxerat, 2. Reg. XVII qui religionem Israëliticæ gentis patriis suis ritibus depravaverant. II. Quia & lingua, & moribus ab iis diversi erant. III. Loco causæ addi forte potest pseudo *Iesus filius Barachia*, cuius Talmudici ortum referunt ex hac urbe; qui portentosis erroribus Judæam replevit, & Idolorum fuit cultor. IV. Quia Galilæi passim male audiebant; huc pertinet hocce Phariseorum ad Nicodemum: *καὶ οὐ εἰ γαλιλαῖος εἰ* Joh, VII. 52. ideoque omnes *Iesu* sectatores *Galilæorum* nomine diffamare cœperunt. In quo Juliāus Apostata eos imitatus est, Christum & Christianos *γαλιλαῖος* appellans; quem tamen vel invitus tandem victorem agnoscere

scere coactus est. Pharisæi autem, ne citra justam causam Galilæam traduxisse viderentur, addunt: scrutare, & vide, quod a Galilæa propheta non surrexit. Joh.

VII. 52. Hinc & CHRYSOSTOMUS ait: οἱ ἐκ τῆς γαλιλαίας ὄντες ἀκογύπτεροι πώς οὐδὲ παχυπόροι δικησοῦται. Ita hæc contumelia in primis Nazarethanos vexabat: hinc communni videtur proverbio dictum: οὐδὲ Ναζαρέτ &c; quam ob causam Judæi etiam Christum, cuius patrem existimabant esse urbem Nazareth, variis onerabant opprobriis. Quemadmodum & postea per contemptum Christiani נזארתים & נאצ'ראים vocati sunt. Sic Paulus dictus est πειθόμενος τοὺς Ναζαρέτους ἀρρενωπούς Act. XXIV. 5. Ecce primitivæ ecclesiæ Doctores testantur, Judæos sub nomine Nazaræorum Christianis quotidie maledixisse. Verba Epiphæ-

phanii, ita sonant in Hæres. 29.  
 Αντέτεινοι ἔνθε, (οἱ τρόποι) καὶ μέσης  
 ἡμέρας καὶ ωρὶ τὴν ἐπιέσθιαν ἐν ταῖς αὐ-  
 τῇσι συναγωγαῖς ἐπειδὼν αὐτοῖς, καὶ  
 ἀναθευστίζεται, Φάσκοις, ὃν επικαθ-  
 εψειτι ὁ Θεὸς Ιησος Νικαρος.

## §. III.

**F**X quibus, cum luculenter  
 appareat, Nazarenos reli-  
 qvis Iudeis invitos esse ob vitæ  
 morumque pravitatem; quid  
 mirum, si Nathanaël negare jam  
 perget, aliquem virum bonum  
 laude dignum, nedum Messiam  
 è tam obscuro & abjecto loco  
 exoriri potuisse; in primis quod  
 sibi perspectum habebat, Messi-  
 am non ex urbe Nazareth expe-  
 ctandum, sed ex Bethlehem quæ  
 a Deo nativitati ejus destinata  
 fuit; ut supra jam audivimus.  
 Neque tamen ex malo proposito  
 & maligno animo hæc prolata  
 credimus, quasi hisce voluisse

JE.

JEsum Messiam ob externam ge-  
neris obscuritatem & gentis i-  
gnominiam , more Pharisæorum  
deridere ; neutiquam. Verba  
Lutheri in hunc locum nobis  
valde placent : Es antwortet Na-  
thanael / was solte von Nazareth/  
gutes kommen? diese wort redet  
Nathanael aus keinen bösen her-  
zen / wie denn die wort Christi  
zeigen / daß er ihm das große  
lob giebt / er sey ein rechter mar-  
haftiger Jüngeliter / in dem kein  
flich ist ic. Et non multo post :  
gleich wie eine jägliche glocke ih-  
ren eigenen klang und Thon hat/  
also redet hic diese worte Natha-  
nael / als ein frommer und einfält-  
iger guter Mann / der den Wer-  
ten Mosi und den Propheten glau-  
bet / und redet ohne arge ist und  
Bosheit / aus guten einfältigen  
herzen daher ic lenteriae huic  
lustragari videtur Theophylac-  
tus

Etus ad h. l. o φίλιππον, inquiens,  
čx Ναζαρέτ τὸν χριστὸν ἔιπεν, o δὲ Να-  
θαναὴλ οὐαὶ δὴ ἀποβεβεγός, ὡς ἐγίνω-  
σκεν αἴπερ τὸν χριστὸν, οὐαὶ αἴπερ βηθλεέμ  
δεῖ ἐλθεῖν τὸν χριστὸν, καὶ οὐαὶ τὸν Ον-  
τον, čx Ναζαρέτ δύναται οὐ γάρ  
σίναι.

## §. IV.

**U**Tut rationi atque scripturæ  
ita repugnare Nathanaeli  
videatur hocce Philippi de se a-  
liisque quibusdam: εὐρήκασεν πὲ  
Μεταπτ. v. 46. Invitantem ta-  
men Philippum ad rei experi-  
mentum v. 47 quod audierit  
Philippus, & sequutus sit, ob-  
servavimus sectione superiori;  
jam itaque fide data animadver-  
timus nosmet obstrictos ad in-  
quirendum Verum verborum  
Christi de Nathanaële nostro sen-  
sum: iδὲ αἱρεῖται ἵστορις. Εἰον-  
ωνικῶν hæc esse verba, doce-  
mur hocce adverbio demonstrā-  
di,

di, id est, ecce: quo in scripturis exicitur ad attentionem rei eximia & singularis, quae proponitur; unde a viris doctis asterismus sp. sancti, sive signum attentionis vocatur. Cont. Pas. Lex. Maj. Hic salvator noster quasi digito monstrare voluit Nathanæelem ad convenientem, hoc dignum esse eulogio: ἀληθῶς ἴσραὴλιτης? Vocabulum ἴσραὴλ est nomen compositum, ex יְהוָה princeps; & אֱלֹהִים Deus q. d. Princeps s. Victor Dei. hinc ἴσραὴλ procul dubio dicatur, qui est vel ex posteritate vel fide JACOBI PATRIARCHÆ, qui post acrem cum Angelo in creato, ipso filio Dei pugnam, armisque fidei impletatam victoriam, in memoriam admirandæ pugnæ & victoriæ abs se reportatae, Isräelis nomen a Deo obtinuit. לְאֵל וַיַּקְבֵּחַ וְאֶפְרַיִם עֹזֶר שְׁמָךְ כִּי אַתָּה וּשְׂרָאֵל כִּי שְׁוִית עַמְּךָ אֱלֹהִים

אֱלֹהִים יְעַמֵּד אֲנָשִׁים וְתֹוכָלָה  
 Gen. XXXII, 28. Quod ad vo-  
 ces jam connexas ἀνθρώπων τοντο-  
 λίμην attinet, existimat Celeber-  
 mus Dns *LIGFOOT* Hor. Ebr. in  
 h. l. p. 968. eum ἀνθρώπων τοντο-  
 λίμην a Christo Salvatore nominari;  
 quod more Jacobi Patriarchæ  
 Gen. XXXII. v. 27. secessum s.  
 locum a turba & tumultu sep-  
 ratum, præces ad Deum fun-  
 dens, Conf. Joh. I 5. qvæsierit,  
 nec tecundum religiosum dolum  
 & hypocrisim gentis, publice in  
 viis. & plateis oraret, ut conspi-  
 ceretur ab hominibus. Illustris  
*HEINSIUS* in Exerc. S. p. 215. pu-  
 tat *Iesum* hoc encomio. Natha-  
 naeli jam addito, aliusisse ad Na-  
 thinæos, abjectum inter Israéli-  
 tas genus hominum, ex dolis &  
 fraudibus quasi compositum; &  
 docere voluisse, Nathanaelem  
 nihil minus quam Nathinaeum  
 esse,

esse sed verum Israëlitam, simpli-  
 cem sincerum ac candidum. HOT-  
 TINGERUS p. 12. Thesaur. Philol.  
 τὸν αὐτὸν Ἰσραὴλ applicat ad  
 Israëlitas natos, perfectos, qui Ju-  
 dæis vocātur יִשְׂרָאֵל יַם מִצְרַיִם  
 item מִצְרַיִם vel מִצְרָיִם.  
 quasi verus hic Nathanaël prædi-  
 caretur Israëlitæ, quoniam per-  
 fecte cum intentione purissima  
 Dei existentiam ab æterno &  
 providentiam, liberationem quo-  
 que ex Ægypto ab eo factam a-  
 gnoverit, prætereaque sedulo ad  
 eum preces fuderit. Alii existi-  
 mant Nathanaelen à JESU  
 τὸν αὐτὸν Ἰσραὴλ appellatum in op-  
 positione ad ἀρεσπύτος & samari-  
 tinos apparenter Israëlitas, qui  
 tales sunt habiti, quod terram  
 Canaan habitarint: Verum no-  
 stro judicio, hæ explicationes  
 vel rem ipsam non attingunt,  
 vel eam tantum ex parte defini-  
 bunt

bunt, nec vim verborum exhaustiunt.

§. V.

**O** vi sollicitius investigantes horum verborum sensum distinguunt cum Paulo ex Rom. IX. 6. 7. 8. inter Israëlitas κατὰ σάρκα & κατὰ πνεῦμα illi viam ad verum horum verborum sensum nobis sternunt. Nam Iraëlii secundum carnem, sunt quidem ἐπιστολὴ, sed non ἐπιστολή; sunt πνεύμα τῆς σαρκὸς, non πνεῦμα τῆς Θεοῦ, nec πνεῦμα τῆς ἐπαγγελίας; Israëlii v. secundum spiritum sunt filii Dei, non ex semine corruptibili. Pet. I. 23. nec ἐκ θελήματος σαρκὸς, nec ἐκ θελήματος ανδρῶν, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ. Joh. I. 13. geniti; qui in Deum credunt, non Messiam tantum norunt, sed ei quoque firmiter, animo simplici atque sine fuso & adhærent, & obedi-

bediunt. Atque hi Isräelitæ sunt, non nomine tantum nudo, verum re plane & omime; non *apparenter* tantum, sed *vere*. Cum itaque Christus hoc elogio condecorat Nathanaëlem: ἀληγῶς τεργενθίτης, respicit omnino Isräelitas καὶ πιστυμα, & innuit, ex iis unum esse *Nathanaëlem*, qui instar Jacobi Patriarchæ haec tenus Messiam exspectaverat ventrum; jam venisse credit, & vocatus ad hunc Messiam Christum hocce Philippi; *Veni & Fide*, sine mora accedit; vera fide & animi integritate conspicuus.

### Sectio Tertia Philologico- Pragmatica.

#### §. I.

**R**equirit ergo ordo instituti ut jam ea nus probatum, quod fide in Messiam, & animi integritate fuerit clarus noster Nathanaëli.

thanäel. fidei illius testimonium perhibet ipse nexus totius hujus colloquii inter se. In primis ipsa Oratio Philippi ad Nathanaëlem: οὐ ἔγειρε ματίς &c. de qua ante. Unde facile quivis colligere potest in utroque ardentissimum fuisse desiderium Messiae, quod sine fide esse non potuisset. testatur idem ipsa vox Christi: αὐλανθως τορανθίτης. αὐλανθως τορανθίτης, sine fide neminem esse posse, §. antecedenti haud obscure indicavimus. Imo ipsa Nathanaelis fidei confessio postea cum insigni incremento facta: παρθενοῦσα οὐδὲν λέγει Θεός &c. validum fidei ipsius suppeditat indicium. Alia quæ erui possent argumenta, Theologis relinquimus excludenda. Conf. Chemn. Harm. Ev. ad h. l.

## 6. II.

**I**ntegritatis animi ejus testimonium

nium præbet & ipsa vox ἀληθῶς  
ἀληθῶς ἴσχαλίης; præbent quæ  
sequuntur verba ἔγνωκά: cū φ  
δόλῳ εἰς εἰς. ὁλῆς multis in lo-  
cis scripturæ sacræ pro sincero  
usurpatur. Sic qui gloriam Dei  
quærat, dicitur esse ἀληθές, sincero-  
rus sine fuso, in quo adiuia iux ε-  
στιν. Joh VII. 18. vocatur ἀληθῶ-  
ποτοῦ μετ' ἀληθίνης παρδίας, integro  
corde. Hebr. X. 27. Vocabulum  
δόλῳ. Grammatici deducunt ab  
antiquo, vel δελω inescō, vel ὄκλεω  
lēda; vel δηλῶ, ω, fallo, dolis  
capiro, decipio, adultero, de-  
pravo. Quæ vox ad Latinos  
postea manavit, quanquam Do-  
nato eam a dolendo deducere  
placeat. Notat δόλῳ machina-  
tionem animi malam, in alteri-  
us damnum directam, externe  
tamen specie boni tintam &  
coloratam, qua incauti inescan-  
tur, & ita lēduntur. A quo cri-  
mine

mine, cum Nathanael dicitur liber indigitatur hoc eodem fusile simplex & sincerus erga Deum & homines. **מְנֻעָה**, Gen. XXV. 27. ἀπλασος, αὐτόνειρος, non fucatus, a foco alienus &c. In Hypocrita semper δέλητος εστι; nam ille se alium simulat, quam revera est: aliud intus animo cogitat, & aliud foris prætexit. Hebræi hypocritas vocat צִבְרָעִים tintos uel coloratos V. Lex Rabbini. Octonis p. 248; qui loquuntur בְּלֵב וְלֹב Pl. XII. 3. Græci διψύχοι, quasi duplices animo; ita Jac. I, 8. αὐτὴν διψυχού, ακατάστατην δὲ πάσαις τοῖς οὖσιν αὐτῇ: at αληθῶς ὁ σεβασμὸς, δὲ φίδελη γένεται, est Vir Dei, ab omni hypocrisi averitus; qualis Israelitæ Nathanael præbuit Exemplum; sedens enim sub hi-  
cu, ad vocem Philippi se accommodat; libere animi sui sensa Philippo exprimit, & licet  
Phi.

Philipus nequierit ejus objectio-  
nibus satisfacere, ad fontem ta-  
men Messiam Christum se duci  
patitur; ut sect. I. §. IV. jam no-  
tavimus.

### §. III.

**E**X posteriori etiam probare  
possumus, in nostro Natha-  
naele eluxisse animi candorem.  
in colloquio enim cum Christo  
postea instituto, quod sentit cor-  
de, aperte confitetur verbis. An-  
tea ad Philippi: *ινείκασεν Μεσσίαν*  
*ἐκ Ναζάρεως*, regessit: *αὐτὸν Ναζαρέ*  
*τούντα: οὐ ἀγάγον εἴπει*. Ita gratiæ  
nihil dans, quod s. literis con-  
gruum videbatur, judicat Nunc  
ad laudes sibi datas a Christo: i-  
δε αἱηθῶς ἵστησιται &c, respondit  
ex animi sui simplicitate: *ποτέ*  
*με γινώσκεις?* q. d. v. nihil unquam  
commercii mihi tecum fuit; me  
tibi prorsus ignotum tamen lau-  
das. Quo omnino ostendit se sine  
dolo

dolo esse & laudem non capta-  
re.

#### §. IV.

**O**Ritur ex hinc quæstio: *An  
de Nathanaële*, ut homine, di-  
ci possit, quod fuerit sine dolo: cum  
tamen de omnibus hominibus pronun-  
ciet Apostolus, eos linguis suis abuti  
ad dolum Rom. III. v. 12, 13. de  
Christo v. ut solo legatur, quod in o-  
re ejus non sit dolus Ef. LIII. 9. 1.  
Pet. II. 22. 1. Joh. III. 5. alibique.  
Ad *evangelio Païssiacum* hanc tollendam  
notamus (1) quod homines ex  
naturæ corruptæ conditione di-  
cantur omnes esse peccatores, &  
abuti linguis suis ad dolum. Chri-  
stus vero per essentiæ & naturarū  
conditionem sit sine omni dolo.  
Hinc est quod omne figmentum cor-  
dis humani dicatur malum a pueris-  
tia & proinde etiam primum ad  
dolum Gen. VI. s. VIII. 21. Chri-  
stus vero dicatur nobis per omnia  
sumi-

similis, excepto peccato. Hebr.  
 IV. 15. (2.) Quod aliud sit *habere*  
*peccatum*, aliud *facere peccatum*. *habere peccatum* dicuntur  
 etiam regeniti, quoad peccatum  
 originale & actuale non re-  
 gnans; Ps. Ll. 7. Rom. VII. 20.  
 I. Joh. I. 8. *facere peccatum* dici-  
 tur de peccato regnante, I. Joh.  
 IV. 8. quod renati, quamdiu in  
 Christo sunt & manent, non  
 committunt. *Omnis quippe qui*  
*ex Deo natus est, & in eo manet, non*  
*peccat* I. Joh. IV. 6. 9. quod o-  
 mnino reduplicative est accipi-  
 endum; Regenerati enim quan-  
 tenus regenerati non faciunt pec-  
 catum; h. e. *non serviunt peccato*  
 Rom. VI. 6. Gal. II. 27. V. 24. et-  
 si *habeant peccatum*, ut modo au-  
 divimus. Quibus præsuppositis ob-  
 servamus quidem, eandem fere  
 Phrasin de Christo & Nathanaële  
 usurpari, non tamen eodem sen-  
 su. nam de Christo cum dicitur

αναστητικαι infert, siquidem ille  
sit ὁ ιησος, αλικαρηνος, αιγιαληνος, κεχω-  
ρευματος, απο των αναστητων Hebr.  
VII. 26. De Nathanaele autem εκ-  
λεγεναι indicat, ut notat Dns,  
Kindlerus ad h.l. quod se non fuerit  
κακουγιος vel πανεργητος, sed αδελφος.  
huc pertinent haecce Aretii: Quod  
ait in eo dolum non esse, referendum  
est ad sinceritatem voluntatis ac spi-  
ritus, non ad peccatum; nam sine  
peccato non potuit esse, cum sit na-  
tura malum commune: sine dolo au-  
tem esse poterat, b.e. non erat in eo  
voluntas nocendi aliis. summa, homo  
simplex & vir bonus erat. Comment.  
in h. l.

## §. V.

¶ Illud quoque notatu dignum  
hic animadvertisimus, quod  
Nathanael etiamsi longe a Chri-  
sto distans, ab illo tamen cognos-  
catur ut praesens: hoc explicat  
ipse Christus hisce verbis: περι την  
ανθρωπην φωνησαι, οντος μητηρα συ-  
νεπε



quod & quando Philippus te vocarit. Imo 2. priusquam te inveneret Philippus, cum sub figura illa esses, vidi te. 3. vidi in cornuum, quod sis sine dolo. Non est E. sine causa, quod Nathanael, cum audiret *Jesum talenter esse*, cui absentia nota sint tanquam præsentia, qui omnia videat, qui etiam occulta cordium inspiciat, quæ plus quam humana & Dei propria sunt, denique exclamet: agnosco & credo Te illum esse, quem Moses & Prophetæ prædixerunt. *Pαββι οὐκ λ.* plura hic essent observanda, sed nobis non licet esse Theologis.

### §. VI.

**U**NICUM desiderabit forte quis suo jure a nobis adhuc: nempe cur *filium* quasi *Israëlis*, non *Jacobi* nuncupet *Iesus ipsum* Nathanaëlem? Adhæc ita Doctissimus Dns Joh. Schützen in suo Ap-

paratu Bibl. Man weis / das Is-  
rael und Jacob nur eine einzige Per-  
son gewesen / und das man seine  
Nachkommeninge bisweilen die kin-  
der Jacob / bisweilen die kin-  
der Israel geheissen / nicht desent-  
wegen / als wäre kein unterscheid /  
man möge sie mit dem einen / o-  
der mit dem andern aus diesen  
beiden Namen nennen ; denn es  
giebt Sachen und Umstände / in  
welchen sie mehr mit dem einen /  
als mit dem andern müssen benen-  
net werden. Dainit ich nun / was  
die Gelehrten bereits hierüber ge-  
schrieben / bey Seit stelle / hab ich  
allhie nachfolgende Anmerckung  
vorzubringen. Der höchste Pro-  
phet / indem er von Nathanael  
redet / saget : Er sei ein rechter  
Israeliter / in welchen kein  
falsch wäre. Demnach wird er /  
als ein aufrichtiger Mensch / der  
da niemand hinter Licht zu füh-  
ren

ren wusste / gelobet. In dieser Eis-  
genſchafft war er nicht ein Sohn  
Jacobs / der seinen Bruder un-  
ter retten / und seinen Segen /  
durch einen heimlichen Betrug /  
genommen hatte. Jacob war et-  
lich einmal betrüglich; Israel aber  
allezeit aufrichtig gewesen. Denn  
als er nur noch Jacob war / hat  
er seinen Bruder und seinen Vater  
gutgefunden; Aber sind der Zeit er  
mit dem Titul Israels beehret wer-  
den / vor kein Thun allezeit ohn Be-  
trug. Ist also dem Nathanael der  
Name eines Israels mit bessern  
Eig und Rechte / als der Name  
eines Sohnes Jacobs gegeben  
worden. His, bene vole Lector,  
contentus esto, & quicquid mi-  
nus scite dictum fuerit, candi-  
cè interpretare, ac pallio caritatis  
infirmitatem tege.

רְחוּשׁ וַחֲדָתָה מִרְבָּר  
מִצְתָּה וְעַד־גּוֹלָם